



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

18 de Pœnis quasi sacrilegii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

pus obtinuit. Et proinde vult & cōstruxit monasterium in loco, qui dicitur de Wissemburg, &c. vt est apud Tritemium in breuiar. hyst. Franc. in 31. rege. Idem que refert, in sine Bruniarii, viliam animam Caroli Martelli regis etiam Gallorum, deportari ad inferos, quod multas ecclesias spoliasset, dum bellis inimicis persequeretur. Refert Petrus abbas Cluniacensis, lib. 2. de mirac. Mariconensem comitem quendam qui tyrannice ecclesie bona occuparat, raptum die solemini a demone, qui forma equitis cum equo nigro ingressus domum, eum extraxit inuitum, & equum iussit conscendere, quo sublatus in aerem, clamans, succurrite ciues, nunquam postea comparuit ostium; quo egressus erat, obtruratum in rei memoriam. Quod cum Ogerius Guillelmi comitis procurator, ob aliquam reipublice necessitatē vellet referare, & qui operas locauerat cepisset demoliri, statim eundem iterum & equi operas correptum, & in aerem eleuatum, postea collapsum & collisum, manu qua opus demoliri tentauerat contracta. Eoque miraculo perterritos ciues in perpetuum rei memoriam iussisse eum locum occludi, comitisq; filium Quidonem nomine, cū triginta militibus Clunacum venisse, & religionis habitū suscepisse. Anno Domini 897. cum Northmani oppidum D. Bertini spoliare conarentur, subito omnes ad vnum luminibus capti sunt, vt scribit Meyerus lib. 2. ann. Flandriae. Scribit Pau. Amylius lib. 5. hyst. Fran. & in Ludouico iunior, Cabillonensem etiam comitem ecclesiis infestum, dum frequenter procerum conuiuium epularetur, ab ignoto quodam equo prostratus sedente, euocatum euissse, coactumq; e vestigio conscendere, e conspectu procul raptum, nec deinceps vpiam apparuisse.

De quibusdam Sacrilegiis alterius generis. CAP. 17.

- 1 Indulgentiarum scilicet quas foras, vt sacrilegi puniuntur.
- 2 Religionis pretextu ceteris illicitis fieri non debent.
- 3 Philippi Imperatoris sacrilegium vindicatum diuinitus.
- 4 Ecclesiastica bona vsurpantes, pauperes fiunt.

**F**urtum quod velamento pietatis fit, ad sacrilegium pertinere non inepte dicemus, & extra ordinem puniri, vt quas foras illi indulgentiarum fucos, quas non habet, ex concilio Viennensi puniuntur, cle. 2. per totam, de pœ. ap. Cl. & c. cum ex eo, eod. apud Greg. 2. Voluit & Vlp. in l. 2. de extrar. crim. lib. 4. P. tit. ii. sub pretextu religionis, vel soluendi voti, ceteris illicitis fieri non debere. Verore ne res inter nos tam pessime succedant, quod velamento pietatis vel alio fucos, ecclesiastica res a pauperum destinato vsu, ecclesiis eripiuntur: quo modo cunque enita hoc excusatur, vere tamē sacrilegium videtur, & De iura prouocat. Referat exemplum Philippi Imperatoris, qui successit in imperio Henrico V. Ifratri: eni in eum defecerent pecunie, quibus præberet salaria militibus, primus cepit distrahere prædia, quæ Fredericus pater adquisierat in Alemania: deinde cuiuslibet baroni seu ministri villas seu prædia rustica, seu ecclesiis sibi proxime obligauit. Quam obrem pluribus idē ecclesiis diuexatis, excommunicatus fuit ab Innocentio III. Tandem que sub gladio tyranni cecidit, vt scribit Abbas Vespereg. in Chronico. Expetri sunt plures principes in Gallia, & Germania, quantum postea nocuit ex adipe ecclesie, domus paternas & proximorum ditasse. Ad tempus quippe modicum durauerat hæ sacrilegæ ex abbatibus & episcopatibus compilatæ opes, & cum istarū ruina propria quoq; euauerunt: & qui istis vsi sunt, vel eorum filii misere perierunt, vt plerunque. Quamuis enim sacrilegi ab hominibus non plectantur, non possunt tamen Dei effugere iudicium, vt proximo capite docuimus. Sunt hodie tot illustrium virorum successores pauperissimi, & febre erronee & mēdici, dicam & audacter prædones & latrones effecti, quod ecclesias spoliarunt, & breui tempore cum illis & sua amiserunt, quæ maiores virtute parauerant & reliquerat. Et male parat, cum male dilabuntur, bene parat, sed a male partis polluta, secum communionem pertrahunt.

De pœnis quasi sacrilegii. Cap. 18.

- 1 Sacrilegi habetur, qui infert iniurias ecclesie, aut eius ministris. Item occupans prædia ecclesiastica. Itē qui mandata principum contemnit: & de eorum pœnis. & 2. & 3.
- 2 Qui prorsus in ecclesias catholicas, & ipsas sacerdotibus, & sacri cultus ministerium præbentibus infert iniuriam, vt sacrilegius capitali supplicio damnatur ab Archadio & Honorio CC. h. qui in hoc genus. 10. de epis. & cler. C. Quorum sententia

translata inter summorum pontificum sanctiones, & in primis §. si quis, 2. q. 1. Accedit quippe hoc crimen crimini læsæ maiestatis, & si quis suadente, 17. q. 4. Qui occupant vel inuadunt prædia diuinis vsibus destinata, vt sacrilegi quoque excommunicantur, & nulli liceat. c. quicunq; c. prædia, 12. q. 2. donec restituant, & ultra, ex aliquibus legibus in quadruplum, c. in antiquis. c. si seculi, 12. q. 2. ex aliquibus in decuplum puniuntur, c. in legib. 12. q. 2. Qui mandata principum non exequuntur, & crimen hoc admittit sacrilegii, l. 1. vt ord. dig. ser. lib. 2. C. tit. 8. Quam obrem pœna adicitur, quæ distinguenda, num negligentur mandata principis, an vero contemnantur. Multum enim inter hæc interest, vt not. in c. quis autem, 10. dist. gl. in c. metropolitanum, in ver. ex. consensu, 2. q. 7. L. de Pen. in l. 1. in ver. contemserit, de priuileg. qui in sac. pal. mil. lib. 12. C. tit. 29. Quod si negligentur, an illa mandata magni ponderis sint & iacturam reipub. inferant, an non: nam illis non solum iactura bonorum, sed & vltimum supplicium imminet, vt in l. 1. §. fina. de offic. præf. præf. Afr. lib. 1. C. tit. 30. l. 3. §. in bello, & l. omne delictum, §. consumacia, de re mil. P. illis lenior pœna & arbitraria, l. de i. b. sac. lib. 10. C. l. sanctio legum, de pœn. in P. L. de Pen. in d. l. vt ord. dig. ser. c. Quod si contemnat quis iussa principum superbe, incidit in legem Iuliam maiestatis, & pœnam experitur vltimi supplicii, c. absit, 11. q. 3. Et si ecclesiasticum superiorem contemnit, anathemate feritur. Ceterum si quis non contemnat, sed rationem habeat cur implere noluerit, potest suspendere executionem, & monere principem, & expectare secundam iussionem, impuneque hoc facit, c. si quando, c. 5. de reser. ap. Greg. c. cum teneamus, 6. de præben. quia pleraq; propter importunitatem potentium, vel inconsiderate, propter negotiorum multitudinem, quibus occupatur princeps, impetrantur a principe quæ admitti a iudicibus nõ debent, c. cum in inuicute, 12. §. ceterum, de purg. can. l. 1. de pœn. sub l. lib. 10. C. tit. 12. c. importuna, de pœn. dist. 1. In quibus autem principi obediendum non fit, vide quæ dixi §. lib. 6. c. 10. num. 11.

De lege Iulia peculatus. Cap. 19.

P. lib. 48. tit. 13. C. lib. 9. tit. 28.

- 1 Peculatus crimen accedit ad sacrilegium, & quid sit.
- 2 Pecunia publica in alios vsus, quam destinata est, non debet impendi. Nec ab administratore reip. mutui sibi debiti nomine retineri possunt. eod.
- 3 Peculatus crimine qui tenentur.
- 4 Peculatus pœna qualis, & quæ imponenda sit, & 5.
- 5 Heredes iudicio peculatus defuncti conueniri possunt.
- 6 Peculatus pœna in Gallia.
- 7 Populus cogit euomere, quæ quas foras intercipiunt.
- 8 Peculatus crimen post quinque annos non obicitur.
- 9 Peculatus socii tenentur, qui ministerium præbent, eadem pœna.

**S**acrilegiū si instat est & peculatus, pecuniam sacræ, religiosam, publicam auferre, vel interciperi, vel in rem suam conuertere: aut facere quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat. Aut in as, aurum, argentumve publicum quid indere, immisce-re: aut facere scienter dolo malo vt quid indatur, immisceatur, vt ait Vlp. l. 1. §. l. sacrilegii, 9. §. fin. ad leg. Iul. pecul. P. §. item lex Iulia peculatus, de publi. iud. Ad dendo quippe metallo aliud quod deterius illud faciat, furtum inferitur vilitati publicæ, l. lege Cornelia, 9. ad l. Corn. de falsis in P. vt in falsa moneta dicemus. Sicut ii qui cum monetam publicam operantur, sibi extorsit eudentes, furtum & peculatum admittunt, l. sacrilegii, 6. ad leg. Iul. pecul. Peculatum Labeo definit, pecunie publicæ aut sacræ furtum, nõ ab eo factum cuius periculo fuit, d. l. sacrilegii, 9. eo. Ad pecuniam fiscale, & ciuitatis Romanæ scilicet hoc crimen pertinere posse Martianus tradit, l. 4. §. fin. eo. quia alicubi legamus, propriissime accipi publicum, quoad statum rei Romanæ tantū pertinet, C. tit. in Lenm qui veltigal, 16. de verb. sig. Vlp. l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. §. huiusmodi, eo ap. Justin. Nec pro furto pecuniarū aliarum ciuitatum datur peculatus iudicium, sed furti, l. ob pecuniam, 83. de furt. P. quamuis quæ ciuitatis dici possint publica aliquando, l. inter publica, de verb. sign. Cicero Philipp. 12. Sestertium septies milies auertisse Antonium pecunia publica iudicantis: num fraude poterit carere peculatus? Et rursus idem act. 5. in Ver. P. ceterus frater tuus quas foras, impudentissimum tuum furtum, certissimumq; tuum peculatum: nam quo alio nomine pecunia publica sanerato est appellanda? Prohibetur tū iure, ne mutui interuentione opposita, pecuniam publicā quis inuadat, vel conetur inuadere, l. 1. de iis quæ ex pub. coll. illata sunt non vsur. l. 10. C. tit. 73. quia pecunia publicæ